



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

25. Circuitis mare & aridum vt faciatis vnum proselytum; & cùm factus fuerit, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

ter & vnanimiter agnouerunt. Quomodo autem intelligenda sunt illa Christi verba, *Qui maior est vestrum, minister vester erit*, supra ad Matth. cap. 20. explicatum à nobis est, vbi eadem doctrina à Christo latius tradita, à Caluino quoque corrumpitur & impugnatur.

15. *Circuitis mare & aridum vt faciatis vnum profelytum; & cum factus fuerit, facitis eum filium gæbennæ duplo quam vos.*

Maledictus  
Caluini  
calamas.

**T**ORQUET hunc locum Caluinus contra Monachos, quos ait *sedulè vndique profelytos corradere, sed quos ex lasciuis & impure vitæ hominibus reddant profus diabolo*. Maledictum hoc est è triuio arreptum, & panico hæretici hominis furore dignum. Cæterum res ipsa omnium oculis exposita loquatur, an non multo verius in nostri temporis hæreticos hæc verba quædrent. Audiamus hæc de re proprias ipsorum confessiones, ne simulatis aut alienis eos criminationibus grauare videamur. Lutherus ad nouum suum Euangelium corrasit quos poterat. Quales illi accepta Lutheri doctrina euaserint, ipse loquatur Lutherus. *Mundus (inquit) indies fit deterior. Sunt enim homines magis vindictæ cupidi, magis auari, magis ab omni misericordia remoti, magis inmodesti, & indisciplinati, multoque deteriores quam fuerunt in Papatu.* Hæc ille. Accedat alius & primarius Lutherane sectæ Magister, Musculus. *Ita nunc sunt (inquit) res Lutheranorum, vt si quem magnam numerum nebulonum, prædonum, vltorum, impostorum, sceneratorum, atque id genus veteratorum videre iuuet, is in ciuitatem, in qua Euangelium docetur, introeat: plurimos nimirum illo in loco inuenit.* Et paulo post. *Verum est certè, siue inter et bñicos, siue*

Protestan-  
tium im-  
punitas  
teste Lu-  
thero.  
In serm.  
Dom. 1.  
Aduentus  
in Postilla  
dome-  
stica.  
Musculi  
de eodem  
testimo-  
nium.  
In lib. de  
Prophetia  
Christi.

sive Iudeos, sive Turcas, aliosq; infideles nullos inueniri magis effrenes, & apud quos minori in pretio sit honestum, atque virtutes, quibus adeo omnia culpa vacant aut nihil prope modum vitio datur, quam apud Euangelicos, apud quos omnia vincula Dæmon excussit. Hæc ille. Adijciamus nunc recentiores Euangelicos, qui nos ipsi edoceant, quales eorum profelyti sub noui Euangelij professione euaserint. Prodierunt anno 1574. Iacobi Tubingæ excusæ Conciones de Planetis auctore Iacobo Andreæ, siue de vitijs & capitalibus peccatis, tunc in Germania apud ipsos Euangelicos regnantibus. In eo libro post alia multa ita legimus. *Alia Germanorum pars permittit quidem vt prædicetur verbum Dei, verum nulla subsequitur emendatio, sed dissoluta, epicurea, & belluina vita, in comessationibus, symposijs, auaritia, superbia, nominis diuini blasphemia. Atque hic non minus quam Papiſtæ in sua idololatria redargui non sustinent. Grauis & Christiana modestia ac disciplina quæ Deus verbo suo tam grauius præcepit, & à Christianis requirit, tam illis dura videtur, vt ad eam opere complendâ nouus sit Papatuſ nouusque monachismus oporteat. Didicimus (inquiunt illi) nos per solam fidem in Iesum Christum saluos fieri, qui morte sua omnia nostra peccata expiauit, nec poterimus nostro ieiunio, elemosyna, oratione, alijsue operibus pro eisdem satisfacere. Missam igitur faciat operû horum inculeatione, facile siquidem possumus per Christum salui fieri, omnemq; fiduciam in sola Dei gratia & Christi merito collocamus. Atque vt vniuersus orbis videat eos à Papatu alienos, nec in operibus spem ponere, idcirco nihil bonorû operum faciunt; locoque ieiunij comessantur & inebriantur totos dies ac noctes: pro elemosynis pauperes expilant & deglubunt; pro oratione execrantur & blasphemant nomē Domini vsq; adeo profanè, vt ne Turcæ quidē & Saraceni tantā in Christum impietatem designent. Pro humilitate regnat superbia, fastus, ferocia, luxus vestimetorū, &c.*

Hæc

Iacobi  
Andreæ  
testimo-  
nium de  
eodem.Sola fides  
quid Pro-  
testantes  
docuerit.

Hæc omnia Euangelij prætextu defenduntur, & nihilominus persuadent sibi homines infelicissimi sinceram se habere fidem erga Deum in cordibus suis, se Deum habere propitium, se meliores idololatriæ & apostaticis Papis. Hæc illæ conciones, multoque plura. Nihil nouum loquuntur quod non omnium oculis incurrat, qui cum Euangelicis seu Lutheranis seu Caluiniſtis conuerſantur. Sed fatius duxi, ex tabulis potius conſignatis cum illis agere, quàm (vt Caluinus hæc facit) publici acculatoris personam gerere. Quod autem ipsi de seipsis Lutherani conqueſti sunt, hoc tam Lutheranis quàm Caluiniſtis acerbè obijeit Anabaptistarum Doctor non incelebris Menno Simonius his verbis. *Hæc dissoluta doctrina (nempe, solam fidem sine bonis operibus saluare) effrenem & rudem populum, maiores & minores, ciues & plebem aliquam ad tam dissolutam & belluinam viuendi rationem induxerunt, isque frenum ita laxarunt, vt tam impiam & abominabilem vitam inter Turcas & Tartaros inueniri non putem, qualem inter istos videre licet.* Hæc ille de Lutheranis solis. Alio in libro tam Sacramentarios quàm Lutheranos ita depingit. Scio verè (inquit) quòd sunt extra Christi Spiritum, missionem, & verbum, & quòd in doctrina sua, & actionibus, hominum fauorem, honorem, superbiam, redditus, splendidas domos, et iucundam ac voluptatibus affluentem vitam non minus querunt quàm Papis. Et paulo post vtramque sectam alloquens: *Vos ipsi (inquit) estis qui dissolutam carnalemque vitam ducitis, qui Christum crucifigitis iterum, qui blasphematis Spiritum eius, & gratiam eius contemptui habetis.* Hæc ille. Tandem de ipsis Sacramentariis & Lutheranorum concionatoribus ita scribit. *Cum ad concionatores eos peruenitur, qui se gloriantur habere Dei verbum, quosdam manifestè ac apertè mendaces, quosdam ebriosos, quosdam vsurarios & maledicos conuertiatores,*

In lib. de  
vera Chri-  
stiana  
fide, tit. de  
fide Lu-  
theran.

In lib.  
Funda-  
mentum  
tium, di-  
ctio tit. de  
doctrina  
concio-  
natorum.  
Sakra-  
mentario-  
rum pie-  
tas.

In lib. de  
Christiana  
fide, tit. de  
fide Cana-  
næ mu-  
lieris.

triatores, quosdam persecutores & proditores innocens esse deprehendes. Quomodo etiam illorum quidam se gerant, & qua ratione uxores suas consecuti sint, quales etiam uxores habeant, id ego Domino atque ipsis etiam committo. Vitam quietam, otiosam, desidem, & iucundam ducunt. Seductionibus & adulatoribus sese alunt de rapinis Antichristi, & tantum concionantur quantum terrenus & carnalis magistratus ferre atque audire vult. Hæc ille & alia adhuc infinita de vtriusque huius secte hominibus. Non sunt hæc è triuijs arrepta cõuitia, sed ex ipsis nouis huius Euangelij magistris (Euangelium quippe hoc nouum quælibet sibi secta venditat) literis ac monumentis consignata testimonia. Plura hæc de re alibi dicendi locus dabitur, vbi similitè hanc scabiem tangendi occasionem Calvinus dabit.

19. *Stulti & cæci. Quid enim maius est, donum, an altare quod sanctificat donum?*

**H**ANC Pharisaicam superstitionem & impietatem, qua ex auaritia & rapacitatis studio res oblatas, quarum participes fiebant, ipsi templo & altari præponebant, tanquam superstitionum in populo causam, quæ ab ipso Deo eiusq; cultu homines auocarèt, à Christo hoc loco reprehendi; & in hac reprehensione Christi intentum præcipue consistere; atq; in eisdem superstitiones Catholicam hodie Ecclesiam fœdè prolapsam esse; declamitat hoc loco Calvinus. Sed tam in ipso præsentis disputationis scopo aberrat, quàm impiè Christi sponsam exagitat. Hoc delirium (ait Calvinus) quòd plus reuerentiæ auro templi & sacris oblationibus quàm templo & altari Iudei deferrent, à Scribis & Sacerdotibus profectum fuisse creditibile est. Fuit autem nõ minus perniciosus quàm stultus error, cò quòd